Sowiński Christoph. franc: Quaestio theologica de praedestinatione.





In Nomine Domini, Amen.

QUÆSTIO THEOLOGICA, DE VISIONE DEI,

Ex 1. p. Doctoris Angelici q. 12.

A

M. CHRISTOPHORO FRANCISCO SOWINSKI,

Sacræ Theologiæ Doctore & Professore,
Collega Majore, Ecclesiarum Collegiatarum,
S. FLORIANI Decano, Custode Pilecensi, Cancellario Posnaniensi, Curato Prossovicensi,
Contubernij Philosophorum, & Scholarum Novodvorscianarum Provisore,

PRO

Loco inter Clarissimos S. Theol: Doctores,

Publicè ad Disputandum,

In Augusta D. Vladislai Iagellonis Aula,
Lectorio DD. Theologorum,

PROPOSITA,

Anno Domini, 1691. Die 12. Junij.

CRACOVIÆ, TYPIS UNIVERSITATIS.

QUÆSTIO THEOLOGICA.

VIntellectus creatus, lumine Gloriæ e- + levatus, ſine aliqua ſpecie creata, videns omnia in DEO; poſſit videre Eſſentiam ejus ſine Attributis & Relationibus, & è contra, necne?

CONCLUSIO I.

Intellectus creatus ad Viſionem DEI lumine Gloriæ elevatur.

COROLLARIA.

I. Lumen Gloriæ ita requiritur in intellectu creato, ut etiam de abſoluta Dei potentia, ſine illo, non poſſit videre Deum, ut eſt in ſe.

II. Intellectus creatus, non poteſt reddi intrinſecè potens ad videndum DEUM, per ſolam ejus aſſiſtentiam & concurſum ſimultaneum ordinis ſupernaturalis ſine lumine Gloriæ: nec Eſſentia divina poteſt illi uniri in ratione luminis Gloriæ.

III. Licet lumen Gloriæ, ut eſt in Beatis, ſit habitus; habet tamen modum potentiæ.

IV. Intellectus lumine Gloriæ perfuſus, concurrit ad Viſionem DEI, ut cauſa principalis, & non ut merum inſtrumentum DEI.

V. Viſio DEI ab intellectu perfuſo lumine Gloriæ, non ſolùm attingitur quoad rationem generalem intellectionis; verum etiam quoad ſuam rationem ſpecificam & atomam.

CONCLUSIO II.

INtellectus creatus non poteſt videre DEUM, per ſpeciem creatam, tam Impreſſam, quàm Expreſſam; ſed ipſa Eſſentia divina gerit vices utriuſq;.

COROLLARIA.

I. Licet Eſſentia divina gerat vices ſpeciei, tam Impreſſæ, quàm Expreſſæ; non tamen propriè ſpeciei Expreſſæ, ſeu verbi, ſed ſolùm impropriè.

Eſſen-

ſſentia divina ut gerit vices ſpeciei, activè influit in ſui vi-
em; non tamen neceſſariò, ſed liberè.

uamvis Eſſentia divina non poſſit intellectum Beati infor-
are; id tamen non obſtat, quin poſſit ſupplere vices ſpeciei.

Non rectè ſentiunt, qui docent: Lumen Gloriæ eſſe ſpeciem
impreſſam, quidditativè repræſentantem Divinam Eſſentiam.

V. *Datâ poſſibilitate ſpeciei creatæ in Viſione DEI, non eſt connaturalius DEO & intellectui creato, quòd DEUS, mediante illâ ad Viſionem Beatorum concurreret; quàm immediatè per ſuam eſſentiam, vices ſpeciei gerentem.*

CONCLUSIO III.

INtellectus Beati videt omnia, quæ ſunt in DEO formaliter, id eſt, Eſſentiam, Attributa & Relationes.

COROLLARIA.

I. *Intellectus Beati videt etiam ea, quæ ſunt in DEO virtualiter, aut Eminenter, id eſt, Creaturas, tam Exiſtentes & Futuras, quàm Poſſibiles; non tamen omnes.*

II. *Creaturæ videntur in DEO ab intellectu Beati, ut in Cauſa, ſeu medio, priùs cognito; non implicat tamen totam collectionem Poſſibilium in ſeipſis, quidditativè videri.*

III. *Inter Creaturas Poſſibiles & exiſtentes, aut futuras, reſpectu Viſionis Beatæ, eſt magna differentia.*

IV. *Videntur quoq; in DEO ab intellectu Beati, Decreta eius Libera; ſed non omnia*

V. *Quamvis intellectus Beatorum videat omnia prædicta in Deo; non tamen illum comprehendit, nec per abſolutam DEI potentiam comprehendere poteſt.*

CONCLUSIO IV.

INtellectus Beati non poteſt videre Eſſentiam DEI ſine Attributis & Relationibus, & è contra.

COROLLARIA.

I. *Implicat quoq; unam Perſonam videri ſine alia.*

II. *Ut Perſonæ Divinæ videantur, ſufficit, quòd ſola Eſſentia concurrat ad Viſionem Beatam, vice ſpeciei intelligibilis: neq; neceſſarius eſt concurſus ipſarum Perſonarum.*

III. *Si per impoſſibile Viſio Beata ad ſolam Eſſentiã DEI terminaretur; non ſatiaretur plenè intellectus Beati.*

IV. *Quamvis poßit uniri & communicari Essentia & non Persona: & una Persona sine alia; non sequitur tamen, posse videri Essentiam & non Personas: & unam Personam, non visâ aliâ.*

V. *Ex intuitiva cognitione sensuum externorum, vel ex alia, quæ fit per medium creatum, non potest deduci, quod non requiratur ad intuitivam Visionem DEI videre omnia, quæ ad eius Essentiam & modum essendi pertinent.*

Cui Laus, Honor & Gloria.



SVB FELICISSIMIS AVSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Admodùm Rndi Domini,

D.M. FRANCISCI IOSEPHI PRZEWOSKI,

S. Th: Doctoris & Professoris, Collegæ Majoris, Ecclesiarum Collegiatarum, SS. Omnium Crac: PRÆPOSITI, Scholastici Curelouiensis, ad S. FLORIANVM Canonici, Korczynen: Curati, Librorum per Diœcesim Crac: Ordinarij Censoris, Canonizationis Beati IOANNIS CANTII, Procuratoris, Contubernij Hierosolymitani Provisoris, S. R. M. SECRETARII, ALMÆ VNIVERSITATIS CRACOVIENSIS, Generalis, & Vigilantissimi RECTORIS.



n Perso
posse vi
m, non

lia, qu
requira
ad eius

,
HI
,
egæ
nium
ad S.
rum
his
ij

30.